



Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatio Synoptica De Ivdiciis Ad Lib: II. Decretal:
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

Spirens., 1660

9. Quando ministri justitiae reum persequentes in fuga deprehendere non possunt, quid facto opus? Et quibus casibus judex sententiam poenae inflictivam extra suum territorium extendere posset?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

Si Cle-
nittēs,
inien-
ci, in
po al-
degit,
pondeo
sat: &
9. non
si con-
mittat
Sed u-
us do-
i idem
errito-
onstat
i. con-
odem
ta lego
punin
i. 4. di
uxili-
ræser-
juris-
tinuo-
onse-
quen-
quenter subjacet aliquo modo Episcopo-
loci, ubi moratur, saltem ut ad emenda-
tionem, & absolutionem petendam com-
pelli possit.

9. Sed quid si ministri justitiæ Reum
persequentes in fuga deprehendere non
possint, nisi limites jurisdictionis alienæ
ingrediantur: quid factō opus? *Respondeo*
desistere debent post fines proprios: quia
capturam realēm exercendo in territorio
alieno jurisdictionem invaderent. Quare
tali mōdo captus contra jūra, statim rela-
xandus esset teste *Gail: cit. lib. 1. c. 16. n. 25.*
ex communi DD. Nisi sint latrones, prædo-
nes, aut similes pacis publicæ violatores.
Multoq; magis id procedit de Religiosis
fugitivis, aut apostatis, quod à Prælato
Ordinis, aut ex mandato eiusdem, ubiq;
capi, & reduci possint. *Bald:* communiter
receptus in L. I. C. ubi de curiali; ob per-
sonalem eorum obligationem. Idemque
est de conjugē erga fugiētem conjugem,
& de Domino erga servum, seu mancipi-
um. Alii verò, ut dictum, si in fuga lati-
tent, ita ut citari nequeant, aut ad eos ci-
tatio peryenire non possit; *juxta Panor:*

in cap:

in cap:fin.b.t.citabuntur per edictum in loco delicti promulgandum, & valvis portarum, vel Ecclesiarum affigendum: pereat, quæ habentur in Nov. nulli judicum. §. si quis verò ad hoc scilicet, ut missio fiat in possessionem bonorum, quæ in loco delicti habet, non ut quidquam in eius personam statuatur. Panor. cit. cap. fin. n. 6. Et si crimen fuerit atrox, poterit Judex delicti requirere judicem domiciliis seu loci, in quo degit, aut latitat ut ipsum citet, & remittat: eiq; Judex rogatus (si nondum ipse castigaverit eum præmissâ summaria cognitione super veritate delicti) obsequi debet & delinquentem remittere, ex iuris communis dispositione: quāquam hodiè plurib' in locis de consuetudine contrarium servetur: si verò crimen levius sit, non habet locum remissio, sed delinquens ubicunq; reperitur condignâ pānā punitur. L. 1. C. ubi de Crimin.

10. Verum à minori ad maius procedendo, Judex ordinariè loquēdo non potest sententiam pœnæ inflictivam extendere extra territorium aut Diœcesis suam; ex com: DD. in L. relegatorum. 72. S. ejus quod.